Flor. Nymphæ
Verbasci
Chamomillæ
Rosarum ana Drach. ij.
Spong. in arbusto Rosar. natæ Nro. j.

Vires & Usus

HÆc lotio pedum, fiat vesperi ante cibum vel ante ingressum lecti, sic lassitudinem discutit & somnum suaviter conciliat: Non autem pedes rursus abstergendi; sed linteo humido involvendi sunt.

SECTIO XXX.

De VESICATORIIS.

VESICATORIUM IN DOLORE CAPITIS & dentium, occipiti post aures applicandum.

℞. *Theriacæ Venet.* Scr. ij.
Cantharid. demptis alis & capitibus
Ping. Leporis ana Drach. s.
Rad. Pyrethri
Nuc. Moschat. ana Scr. j.

Misc. & cum s. q. Fermenti fiat l. a. Vesicatorium in parte, ubi dolores.

VESICATORIUM ALIUD IN Cephalæa, &c.

℞. *Cantharid. in aceto macerat.* Drach. j.
Zingib. alb.
Piperis long. ana Drach. ij.
Majoranæ Scr. j.

Misc. & cum Fermenti s. q. fiat optima incorporatio; posteà cum dimidia nucis cortice superpone, donec vesica excitata fuerit; quæ postea rumpitur, illæque superimponitur folium brassicæ, & aperta detinetur.

VESICATORIUM IN OMNI MENTIS alienatione, phrenesi, Melancholia, Mania, &c. probatum.

℞. *Cantharid. abjectis alis & capitibus* Scr. iiij.
Ping. Leporin. Drach. j.
Succini alb. præp.
Cubebarum ana Scr. j.
Ficuum ping. No. ij
Aceti parum

Misc. & cum s. q. Fermenti & aliquot guttulis sp. Vini sine igne redigantur in formam Emplastri, & vertici capillis nudo apponatur.

VESICATORIUM IN ANGINA expertum.

℞. *Fermenti* Unc. s.
Rad. Altheæ
Ireos flor. ana Drach. ij.
Cantharid. præp. Drach. ij.
Pul. Suc. Glycyrrhiz.
Croci orient. ana Scr. j.
Ficuum ping. No. ij.

Misc.

Misc. & incorporentur pro Emplastro, ponaturque super pectus: Optimè enim divertit materiam ad pectus, & est experimentum nobilissimum.

SECTIO XXXI.

De PESSIS.

PESSUS APERIENS CONTRA menses suppressos.

℞. *Rad. Artemisiæ rub.*
Dictatam. alb.
Asari
Hellebori alb.
Rubiæ tinct. ana Drach. ij.
Scammonii
Majoranæ
Sabinæ
Croci orient. ana Drach. j.
Bac. Lauri excort.
Myrrhæ rub.
Castorei veri
Sagapeni
Aloes epat. ana Scr. j.
Sem. Stapid. agriæ
Nigellæ
Nasturtii
Rutæ ana Drach. s.

HÆc omnia incorporentur cum succo Artemisiæ rub. vel Terebinth. & f. pessi ad longitudinem